

Werk

Titel: Erotemata Latino-Germanica, e divi Iustiniani Imperatoris Institutionibus, in leg

Autor: Phreislebius, Christophorus

Verlag: Egenolff

Ort: Franckfurt am Main

Jahr: 1569

Kollektion: Juridica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN627570402

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN627570402>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=627570402>

LOG Id: LOG_0009

LOG Titel: Praefatio. Reverendo, nobili, doctissimoque viro, D. henrico Knaustino, Artium Liberalium, & Philosophiae, nec non Iuris, & aequarum Legum Doctori consultissimo, Comiti Palatino, ac Poetae Laureato, primariae apud inclytam Erphordiam Ecclesiae, Deiparae virginis sacrae, Scholasteri dignissimo, Domino & fratri suo, perpetua fide & obseruantia summe colendo, S. D.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

P R A E F A T I O.

REVERENDO, NOBILI,
DOCTISSIMOQVE VIRO, D. HEN-
rico Knaustino, Artium Liberalium, & Philo-
sophiæ, nec non Iuris, & æquarum Legum Do-
ctori consultissimo, Comiti Palatino, ac Poë-
tæ Laureato, primariæ apud inclytam Erphor-
diam Ecclesiæ, Deiparæ virgini sacræ, Schola-
steri dignissimo, Domino & fratri suo,
perpetua fide & obseruantia sum-
mè colendo, S. D.

TAnti mihi sunt literæ tuæ, Reuerende, nobilis, do-
ctissimeq̃, D. Doctor, frater in Christo charissime,
vt nullo pacto credam posse me illis rescribendo sa-
tisfacere. Tanta rursus tua est humanitas, vt te boni
consulturum, quicquid à nobis proficiscatur, existimem.
Si verba suppeterent animo, laudare pro merito ingeni-
um, literas, eloquentiam tuam conarer. Sed vereor, ne
laudes cogar tantas, vt Flaccus inquit, culpa deterere in-
genij. Quare imitabor Timantem, quodq̃ exprimere pe-
nicillo non possum, velo contegam. Mitto nobili Excel-
lentia tuæ libellum Erotematum, seu interrogationum,
in legalis militia Tyronum vsum, olim per clarissimum
virum D. Christophorum Phreißlebium Lincensem, vtri-
usq̃ Iuris Licentiatum, è Diui Iustiniiani Imperatoris In-
stitutionibus concinnatum: quo quidem libello ipsum nõ
tam omnem paragraphorũ materiam, quàm precipuas
quasque definitiones, partitiones, seu diuisiones, epito-
mas,

mas & compendia, adeoq; non minimam totius Iustinia-
neae Isagoges partem complexum esse, mihi videtur. Et si
autem artes omnes ex suis fontibus discendas esse iudi-
co, vt venustissimè Ouidius monet, inquit:

Nam quanquam sapor est ablata dulcis in vnda,
Gratius ex ipso fonte bibuntur aqua.

quo vera singularum fundamenta percipiuntur: ta-
men limpidissimos riuulos ex ipsis fontibus deductos, &
natiuum scaturiginis saporem referentes, non esse negli-
gendos aut contemnendos, simul statuo. Sicut enim ve-
ri fontes, plerunq; aut ex præruptis montium scopulis,
aut ex altissimis specubus scaturiunt, vt ad eos accessus
nulli, nisi audacissimo, fortissimoq; detur: ita singulari
artium fontes, mirificis, prolixis, & in speciem intricatis
demonstrationibus sunt præmuniti, quas, quantumuis
acri ingenio præditus, adsequi nemo potest, nisi prius ex
riuulis inde deriuatis aliquem gustum, hoc est, totius ar-
tis breuem summam hauserit. Ac in hunc vsum ab excel-
lentibus artificibus tales εἰσ αὐτοῦ ἀρτιῶν inuenta, et
excogitatae sunt, non solum, vt rudia ingenia præparent
ad lōgiōres et difficiliores disputationes, et demonstratio-
nes, quibus artium fontes confirmantur, facilius intelli-
gendas, verumetiam vt confirment memoriam ingenio
præstantium, ad facilius, quæ in fontibus prolixè demon-
strantur, retinendum, & cùm opus est, in vsum deducen-
dum.

Cùm igitur prædictæ D. Phreißlebij Quaestiones, è di-
ui Iustiniani Institutionibus collectæ, hunc vsum præ-

P R A E F A T I O.

stent, & aptissimè, & breuissimè summam earundem, vt dixi, contineant: Rogo N. E. T. vt Quæstiones eas studiosorum Iuris nomine in Germanicam linguam, quàmprimū per otium licuerit, vertere dignetur. Spero namq; illis versionē hanc, non modò vehementer gratam, sed & longè vtilissimam fore. Quemadmodū enim Grecis Latina, magno legentium fructu, ita etiam Latinis Germanica, rectè cōnectuntur. Videmus hodie per Germaniā vndiq; ferè, Ausonas et Gallos, Hispanos atq; Britannos, & aliarū quoq; nationum homines sparsos: quibus gratius, opinor, nihil contingeret, quàm Latinis Germanica ex aduerso correspondentia. Nam dū hisce immorantur lectio nibus, paulatim quoq; vsitatā huius regionis linguā conferendo addiscunt. Adferet praterea adolescentibus non mediocrem voluptatē & vtilitatem, si Latina cum Germanicis, & rursus Germanica Latinis sedulò conferant. Verūm de his satis multa, vel plura potius, quàm necesse fuit. Statui autem translationē tuam ad calcem integri operis Iustiniani, quod à D. Goblero, pie memoria, cōuersum est, & apud nos, vt scis, excusum, honorifica tui, in vestibulo eius, facta mentione, adycere: ac deinde seorsim Latinogermanicam inuulgare. Quī hoc meum propositū tibi, clarissime D. Doctor, placeat, literis, quaeso, mihi ne graueris significare. Arbitror te dudū accepisse Ignitabuli tui exēplaria, quorum aliquot cōmuni amico nostro D. Georgio Bawmanno tibi reddēda, vnā cū opusculis, quæ in proximis petijsti literis, tradidi. Quòd si N. E. T. hac nouissima impressione nostra satisfactū est, lator. Coactus
 sans

Sanè sum instantib⁹ nundinis, quatuor in id opus, vt ce-
 riter ab solueretur, dirigere praela. Quare, si qui nauis, subi-
 ta festinatione illa, quæ improuida est et cæca, irrepserūt,
 nō nobis, sed angustia temporis, imputabis. Libellus tuus
 de ere alieno cauendo, & prouerbialia Gartneri dicteria,
 hoc mercatu vernali prorsus sunt distracta: si quid igitur
 in ijs, antequā rursus praelo submittantur, vis recognosce-
 re aut locupletare, facias citò: ac maturè, vt ad nundinas
 autumnales denuò edantur, transmittas. Id si feceris,
 quemadmodū te facturum confido, dabo ipse operam, vt
 tu labores vllos nostra causa suscepisse, nunquā non gau-
 deas. Bene et feliciter valeat N. E. T. charissime in Chri-
 sto frater, et amice, mortaliū, quos hacten⁹ expertus sum,
 candidissime. Artis Paonia Doctor Lonicerus Adamus,
 κῆρ ἐπ' αὐτοῦ τῆς νοστῆρ, Affines mei, qui te propter poë-
 tices, in qua excellis, studia, reliquasq₃ tuas virtutes fa-
 ciunt certè plurimi, multū tibi per me salutis, cum Socru
 & Coniuge chara, adscribi iusserunt. Salutant quoq₃ N.
 E. T. officiosè & amanter nobiles & egregij viri, poëtica
 etiam laude, & literarū elegantia vehementer excellen-
 tes, D. Vuendelinus ab Helbach, & Conradus Weis / in-
 clyta huius vrbis patricius, nominis tui studiosissimi. Tu,
 quaeso, meis verbis, Reuerendo, amplissimoq₃ viro, prima-
 ria Ecclesie vestrae Praeposito, & Seniori dignissimo, Do-
 mino Henningo Hopffe, Iuris & eloquentia Doctore cele-
 berrimo, simul & doctissimo viro, Vtriusq₃ Iuris can-
 didato, M. Sigefrido Went / Officiali & Canonico,
 dominis & amicis meis reuerenter colendis, salutem dici-
 to plurimam, eisq₃ me de meliore nota, si quando

P R A E F A T I O .

id commodè fieri poterit, commendato. Ex Francofor-
to, celeberrimo totius Germaniæ emporio, 4. Calend.
Mayj. Anno post Christum de casta Virgine natum,
1 5 6 8.

Nobili Excellentia tua

addictissimus frater,

Ioannes Cnapius Andronicus

secundus.



CLA.